

ITALIANO

Lettura integrale e riassunto dei testi: (almeno 3 a scelta)

- Virgilio, *Eneide*.
- Sallustio, *De Catilinae coniuratione*.
- Apuleio, *Metamorfosi*.
- Federico de Roberto, *I Vicerè*.
- Luigi Pirandello, tre opere teatrali a scelta.
- James Purdy, *Rose e cenere*.

LATINO

Ripasso della morfologia verbale e nominale e delle principali strutture sintattiche.

Tradurre le versioni 1-6, versioni 1-8 per coloro che hanno il debito.

Versione 1, Aristide il giusto subisce l'ostracismo

Aristides, Lysimachi filius, Atheniensis, aequalis fere fuit Themistocli itaque cum eo de principatu contendit: namque obtreclarunt inter se. In his autem cognitum est, quanto antestaret eloquentia innocentiae. Quamquam enim adeo excellebat Aristides abstinencia, ut unus post hominum memoriam, quem quidem nos audierimus, cognomine Iustus sit appellatus, tamen a Themistocle collabefactus testula illa exilio decem annorum multatus est. Qui quidem cum intellegeret reprimi concitatam multitudinem non posse, cedensque animadvertisset quendam scribentem, ut patria pelleretur, quaesisse ab eo dicitur, quare id faceret aut quid Aristides commisisset, cur tanta poena dignus duceretur. Cui ille respondit se ignorare Aristiden, sed sibi non placere, quod tam cupide elaborasset, ut praeter ceteros Iustus appellaretur. Hic decem annorum legitimam poenam non pertulit. Nam postquam Xerxes in Graeciam descendit, sexto fere anno quam erat expulsus, populi scito in patriam restitutus est.

Cornelio Nepote

Versione 2, Alcibiade è accusato do scarilegio

Bello Peloponnesio huius consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt; ad quod gerendum ipse dux delectus est, duo praeterea collegae dati, Nicia et Lamachus. Id cum appareretur, priusquam classis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermae, qui in oppido erant Athenis, deicerentur praeter unum, qui ante ianuam erat Andocidi. Itaque ille postea Mercurius Andocidi vocitatus est. Hoc cum appareret non sine magna multorum consensione esse factum, quae non ad privatam, sed publicam rem pertineret, magnus multitudini timor est iniectus, ne qua repentina vis in civitate existeret, quae libertatem opprimeret populi. Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur, quod et potentior et maior quam privatus existimabatur. Multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam opera forensi suos reddiderat. Qua re fiebat, ut omnium oculos, quotienscumque in publicum prodisset, ad se converteret neque ei par quisquam in civitate poneretur. Itaque non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam timorem, quod et obesse plurimum et prodesse poterat. Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua facere mysteria dicebatur; quod nefas erat more Atheniensium, idque non ad religionem, sed ad coniurationem pertinere existimabatur.

Cornelio Nepote

Versione 3, Una battaglia contro i Belgi

Caesari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum, quod erat insigne, cum ad arma concurreretur, signum tuba dandum, ab opere revocandi milites, qui paulo longius aggeris petendi causa processerant, arcessendi, acies instruenda, milites cohortandi, signum dandum. Quarum rerum magnam partem temporis brevitatis et incursus hostium impediabat. His difficultatibus duae res erant subsidio, scientia

atque usus militum, quod superioribus proeliis exercitati: quid fieri oporteret, non minus commode ipsi sibi praescribere quam ab aliis doceri poterant, et quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Caesar discedere nisi munitis castris vetuerat. Hi propter propinquitatem et celeritatem hostium nihil iam Caesaris imperium exspectabant, sed per se quae videbantur administrabant.

Cesare

Versione 4, Cesare describe la Britannia

Britanniae pars interior ab iis incolitur quos natos in insula ipsi memoria proditum dicunt, maritima pars ab iis qui praedae ac belli inferendi causa ex Belgio transierant - qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt - et bello inlato ibi remanserunt atque agros colere coeperunt. Hominum est infinita multitudo creberrimaque aedificia fere Gallicis consimilia, pecoris numerus ingens. Utuntur aut aere aut nummo aureo aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummo. Nascitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum, sed eius exigua est copia; aere utuntur importato. Materia cuiusque generis, ut in Gallia est praeter fagum atque abietem. Leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant; haec tamen alunt animi voluptatisque causa. Loca sunt temperatiora quam in Gallia remissioribus frigoribus.

Cesare

Versione 5, Gli antefatti della guerra giugurtina

Bellum scripturus sum quod populus romanus cum Iugurtha rege Numidarum gessit primum quia magnum et atrox variaque victoria fuit dehinc quia tunc primum superbiae nobilitatis obviam itum est. Quae contentio divina et humana cuncta permiscuit eoque vecordiae processit ut studiis civilibus bellum atque vastitas Italiae finem faceret. Sed priusquam huiusmodi rei initium expedio pauca supra repetam quo ad cognoscendum omnia industria magis magisque in aperto sint. Bello Punico secundo quo dux Carthaginensium Hannibal post magnitudinem nominis Romani Italiae opes maxime adriverat Masinissa rex Numidarum in amicitiam receptus a P. Scipione cui postea Africano cognomen ex virtute fuit multa et praeclara rei militaris facinora fecerat. Ob quae victis Carthaginensibus et capto Syphace cuius in Africa magnum atque late imperium valuit populus Romanus quascumque urbis et agros manu ceperat regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissae bona atque onesta nobis permansit. Sed imperi vitaeque eius finis idem fuit. Dein Micipsa filius regnum solus obtinuit Mastanabale et Gulussa fratribus morbo absumptis. Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit Iugurthamque filium Mastanabalis fratris quem Masinissa quod ortus ex concubina erat privatum dereliquerat eodem cultu quo liberos suos domi habuit.

Sallustio

Versione 6, Il culto di Cerere e Libera a Enna

Vetus est haec opinio, iudices, quae constat ex antiquissimis Graecorum litteris ac monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam. Hoc cum ceterae gentes sic arbitrantur, tum ipsi Siculis ita persuasum est ut in animis eorum insitum atque innatum esse videatur. Nam et natas esse has in his locis deas et fruges in ea terra primum repertas esse arbitrantur, et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Hennensium nemore, qui locus, quod in media est insula situs, umbilicus Siciliae nominatur. Quam cum investigare et conquirere Ceres vellet, dicitur inflammasse taedas iis ignibus qui ex Aetnae vertice erumpunt; quas sibi cum ipsa praeferret, orbem omnem peragrasset terrarum. Henna autem, ubi ea quae dico gesta esse memorantur, est loco perexcelso atque edito, quo in summo est aequata agri planities et aquae perennes, tota vero ab omni aditu circumcisa atque directa est; quam circa lacus Lucique sunt plurimi atque laetissimi flores omni tempore anni, locus ut ipse raptum illum virginis, quem iam a pueris accepimus, declarare videatur.

Cicerone

Versione 7, Ritratto di Giugurta

Qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxime ingenio validus, non se luxu neque inertiae corrupendum dedit, sed, uti mos gentis illius est, equitare, iaculari; cursu cum aequalibus certare et, cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse; ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus aut in primis ferire: plurimum facere, et minimum ipse de se loqui. Quibus rebus Micipsa tametsi initio laetus fuerat, existimans virtutem Iugurthae regno suo gloriae fore, tamen, postquam

hominem adulescentem exacta sua aetate et parvis liberis magis magisque crescere intellegit, vehementer eo negotio permotus multa cum animo suo voluebat. Terrebat eum natura mortalium auida imperi et praeceps ad explendam animi cupidinem, praeterea opportunitas suae liberorumque aetatis, quae etiam mediocris viros spe praedae transversos agit, ad hoc studia Numidarum in Iugurtham accensa, ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut bellum oriretur, anxius erat.

Sallustio

Versione 8, Le imprese di Annibale

Sic Hannibal, minor quinque et viginti annis natus imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello subegit, Saguntum, foederatam civitatem, vi expugnavit, tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenaeum transiit. Quacumque iter fecit, cum omnibus incolis confligit: neminem nisi victum dimisit. Ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum praeter Herculem Graium transierat (quo facto is hodie saltus Graius appellatur), Alpico conantes prohibere transitu concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecit ut ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit in Italiamque pervenit.

Cornelio Nepote

MATEMATICA

- Leggere il libro FLATLANDIA
- Ripassare definizioni e concetti fondamentali di tutti i capitoli elencati (SVOLGERE SOLO GLI ESERCIZI CON NUMERO PARI)

IMPORTANTE:

per coloro che hanno la sospensione del giudizio ESEGUIRE TUTTI GLI ESERCIZI

- CAPITOLO 1: da pag. 83 a pag. 91 - Es. n. 36, 37, 38, 45, 46, 52, 54, 58, 72, 73, 77, 78, 84, 85
- CAPITOLO 2: da pag. 175 a pag. 180 - Es. n. 1, 2, 3, 5, 6, 16, 17, 21, 22
- Pag. 178 n. 19, 20
- CAPITOLO 3: da pag. 269 a pag. 274 - Es. n. dal 12 al 18, dal 34 al 40, 42, dal 46 al 49, dal 50 al 53, 58, 59, 69, 72, 73, 74, 83, 84, 98
- CAPITOLO 4: da pag. 347 a pag. 349 - Es. n. dal 1 al 7, dal 10 al 12, 23, 24, 25, 29, 31
- CAPITOLO 5: da pag. 406 a pag. 408 - Es. n. dal 1 al 12, dal 14 al 16, 18, 20, 23, 24, 32, 37, 38
- Pag. 412 es. n.5
- CAPITOLO 6: da pag. 451 a pag. 453 - Es: n. dal 1 al 15, 19, 23, 25
- CAPITOLO 7: da pag. 509 a pag. 510 - Es: n. da 1 al 12, 15, 16
- CAPITOLO 9: da pag. 603 a pag. 605 - Es. n. da 1 al 9, dal 14 la 17, 19, 33, 46; pag. 605 solo il n. 8 – pag. 606 n. 20 – pag. 607 n. 21,23
- CAPITOLO 10: pag. 675 in poi - Es. n. da 1 al 11, 14, 15, 16, 17, 18, 22, 23, 24, 30, 31, 39, dal 42 al 44, 52, 53

INGLESE

Lettura di due libri

JONATHAN SWIFT: "Gulliver's Travels" - ed. Liberty

MARY SHELLEY: "Frankenstein" – ed. Liberty